

1387

CODICES

1388

CODICES POLEMICI.

359 ——— 555.

CCCLIX.

197 **C**odex membranaceus lat. Sec. XIV. Folior. 282. f. corrente calamo per duas columnas scriptus exhibet *Thomae Bradwardini Angli Cicestriensis, Archiep. Cantuariensis, mortui an. 1349. opus infigne inscriptum: De causa dei contra pelagium et de virtute causarum Thome de Bredewardyna Cancellarij London. In fol. praeced. legitur: Codex in Vaticana bibliotheca sic habet. Summa doctoris (ἀυτονομωσικως) profundi Thome Brauardini De causis Dei contra Pelagianos et de virtute Dei cause causarum. habet Cap. 52. In editione unica, quam curavit Henricus Savilius Londini 1618. f. Liber tertius et ultimus, de quo hic sermonem esse censeo, Capitibus constat non 52. sed 53. subjunctamque habet Bradwardini ad Socjos Collegii*

Mertonensis, quo in Collegio Oxonii meruerat, Epistolam, quae a Codice nostro abest, utpote, qui in iis C. LII. verbis: exceccatus seu pocius cecus natus, deficit. Abest item prior ad Mertonenses Epistola, quam operi praefixam exhibet Savilius. Ceterum Codex cum editis probe concordat. De Autore vide, si placet, fontes, quos excitat Hambergerus T. IV. Zuverläsfs. Nachr. v. Schriftst. p. 561.

CCCLX.

Codex membranaceus lat. non unius Seculi, Folior. 270. 4. partim lineis longis, partim per duas columnas exaratus, rubricisque distinctus Sequentia complectitur: I. manu Sec. XIV. Epitomen Operis *Thomae Bradwardini*

CODICES

M